

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Plutarchu Chairōneōs Ta Sōzomena Panta**

Continens Vitas Parallelas Graecè & Latinè

**Plutarchus**

**Francofurti, 1620**

In Numam annotationes

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1340](http://urn:nbn:de:hbz:468-1-1340)

## ANNOTATIONES.

7

**d**em est: ut in voce *μύνη* videatur esse mendum.

47. e. *Vt vult Aristoteles* Polii. 7. c. 17. Cr.

48. c. *Vt aut Plato* Ibid. 5. De repub. Geometrica autem necessitas, est vis illa demonstrationum quae in Mathematicis ita ex primis veris necessariae propositionibus constreuntur, ut si recte non persuadere, sed cogere apud Ciceronem dicantur.

49. f. *Vt aut Plato* Tibi vero, Alcibiade Pericles seruum deterrimum Zopyrum Thracem per dagogum praefecit. Socrates apud Platonem in Alcibiade pto. Nutris nomen hic depravate Αὐλόνα, recte initio Alcibiadis Αὐλόνα legitur.

50. c. *Per brumam lycophonas, quos vocant, substernebant* Λυκόφονας. Apud Hesychium & Varinum λυκόφονον accusandi casu legitur. atq. ille, lingua Messeniorum ita appellari προστέμνει. Echinopus autem ab hoc exponitur genus spinarum, seu carni. In Institut. Lacon. pro hoc λυκόφονον scriptum λυκόφονα.

Ibid. d. *Mellera* από μελισσας, enim dupl. ci. xlegi, τοιχον παντα. tametsi Suidas quoque vno videatur scribere: ut Dorice fortassis extitum alterum a suspicari possimus. Plutarchus in libello *An seni gerenda resp.* scribit, apud Ephesios moris fuisse ut sacerdos Diana primo anno μινιαν, secundo μην, tertio μεγαν dicetur, quod in institutum ab hoc non valde ab ludu, ut & Vestalium.

51. a. *In arca Diana Orthia* Lapis vertit, ad aram Auguri. Est enim sequitur mendum G. aci libri qui ipsidias habet: quum sit legendum haud dubie εργα. De Diana eni. Orthia loquitur arca, ad quam flagis concidi: pueros instituto Lycurgi consueisse, locuples testis est in Laconicis Pausanias: simulque causam eius instituti aliam quam vel Cicero libro 2. Tusc. quæst. vel Lucianus ad finem Anacharsidis, vel ipse Plutarchus indicet, resert: quam breuitati studens, ex eo te, filubeat, petere iubeo. alia etiam in Aristidis vita nostra refert. Supra quoque mentio facta est huius Orthia & Diana, in Theodo: necnon in Institut. Lacon.

52. b. *In quibus manus non tollatur* Xyland. vertit, In quibus vitoria non potest prodit: & super hoc annotat, Χειράς αιαντας, id est manus non intenditur. Obscurum est hoc. Causa in Laconicis apoph. h. subiungitur, Ut ne quis labori succumbere adsuecat. Videatur ergo cauissime herbato (quod aiuat) quisquam porrigeret in certando: sed alia ratione certamen diffimeretur. Tale est quod Lucianus dicit libro resert, de pueris in duas partes diuisi, inque loco aqua circumdato pugnantibus, tantisper dum una pars alteram usque in aquam compelleret. eo enim pacto nullum porro percutere, aut feriri. Latini sane Manus dare dicunt pro eo quod est Victoria se fateri. Cicero etiam Manus tolle dicit: id quod nos hic χεῖρας αιαντας dici putamus: in libro De consolatione, quum morte Tulliolæ suæ à fortuna superatum se fatus. Ced, inquit, en manum tollo. Locus est apud Lactantium lib. 3. cap. 28. Similiter Virg. 12. Aeneid. -- viciisti & vicitam: endere (nunc) hoc

quidem est) palmas Ausonii videre. Ne quis affirmo metrem acu: etigile, quod in mentem venit, attuli, καὶ εἰπώ.

Ibid. b. Alter non auctor plus possidit: r. altero) Μη πιεσθείτως δανιώς εξετίνεται. δανιώς genitivo causa lego, non subscripto. In Apophthegm. παραχθει. vt & hic legi possit πιεσθείτως pro πιεσθείται. Ibidem επειδή pro εξετίνεται. Quorum neutrum quadrat, forsitan legendum εξετίνεται aut εξετίνεται apud Hesychium enim reperio εξετίνεται, επών, επειδή, nū forte quis legendum existimet επειδή. In illo Apophth. habetur αἰσθαντι προ πιεσθείται rectius.

Ibid. e. Ille quem horabatur ut audiret quendam qui cantu: &c.) Agelaiō in vita eius Plutarchus hoc tribuit: proximum Argeo, in Apophth. Laconicis.

53. b. *Nos fortitudine plurimum prestabimus* πολλῶν, quum debeat esse πολλῷ: quod & sensus requirit, & ita legitur in Laconicis apophth. Lapis mendum retinuit. Rhythmi embate. tri meminit Iliad. o Eustathius.

57. b. *Spendoris* Σπενδόντος. Spendoris habet Lapis. οἱ δεκαοντα autem, dominos vero: ut dominium pro domino possumus πεντακοσίαν intelligatur, sicut φιλόνος apud Lucianum & alios pro amico dicitur. Domini autem Heilotibus interdixerant carminum Terpandi & aliorum vobis, remaxime apud illos habita liberali. Erasmus in Apophth. Lacanorum δακτυλίων filias heriles vertit, concaptivas scilicet, quarum illi auctoritatem pluris quam iussum viceris fecerint. Quod commentum non cum vocabulo modo, (nam δακτυλίων Verna est, seu Domi herili educatus seruus, teste Eustath. in Iliad. x: vnde sceminiū δακτυλίων fuerit Serua, non Filia herilis: tamen idem Iliad. v, adiecit sic ponit hoc modo heget) sed & sententia Plutarchi pugnat, ostendens musica, reapprimis liberali, interd. clum lernis fuisse. Ideo capri non poterant eos vobis cantare, quos vobis dilicerent, à dominis eis non fuerat concessum. Ceterum locus qui de Heilotibus necatis paulo ante ex Thucydide citatur, ex hac libro quarto, ubi de Brasida in Chalcidicam emisso dicitur.

Ibid. b. *Secundum magnum illum terramotum* Hunc, & bellum ab Heilotibus vna cum Messeniis contra Lacedemonios gestum, describit Diodorus Siculus lib. 11. vide & Plutarchum in Cimone.

58. a. *Visque ad Agin Archidami filium* Is cum Pausania rex fuit quo tempore Lylander Atheniensibus victis, eos ad pacis duras conditiones accipiendas compulit, & bellum Peloponnesi: cum confecit, vide vitam Lylandri, & Pausaniam. Alius fuit Agis cuius vitam Plutarchus scripsit.

Ibid. b. *Per Alexandrum, vel potius Lysandrum* Quis hic Alexander dicitur, (si modo rhenda locus vacat) nescio: de Lysandro constat. Fortassis Cleandridem notat, qui se à Pericle est passus corrupti, & Platonacti persuasit ut ex Attica exercitum ab iucere. Plutarchus Pericle, & alii. Fuit autem is Platonax pater Pausaniae regis, quem modo nominaui. Sed hæc est conjectura: non tamen forte omnino vana.

## IN PLVT. NUMAM ANNOTATIONES

Guil. Xylandri & Herm. Crusorii, interpretum.

60. a. *Atque ab Nume seculo quinque ferme remotum etatis* Pythagor. in philosophum Numa permultis annis posteriore fuisse, duobusq; adeo prope seculis (hoc est, annis ducentis) testatur lib. 2. De oratore Tullius: idemq; in prælatione quarti libri Tusc. quæst. ait, Pythagoram in Italia cum fuisse quam L. Brutus reges profugavit: quod nobis dissentit ab eo quod Pythagoram Luius ait regnante Seruio Tullo primum in Italiam venisse. Dionysius hoc idem ratione Olympiadum demonstrans libro 2. quattuor etatibus eum Numam posteriorē em fuisse, non rotundo tamen numero, colligit. Plutarchus hic quinque etates facit, πέντε ἔτης iniquis. Videtur autem innuere, id quod inter regni Numæ initium, & aduentum in Italiam Pythagoram, qui sub Seruio Tullo fuit, tempus intercedit, annorum circiter c. l., ut Etas (ἔτη) trigesinta annorum intelligatur, quomodo non Homericum tantum Nestoris tres illæ ἔτη lib. 1. Iliadis à Græcis interpretibus expouuntur: atque adeo ab ipso nostro etiam Plutarchio in Catone C. nsorio, ubi de accusationibus eius resert. (nam Ovidius libro 12. Metamorph. fabulam sectatus est, ubi hæc Nestor — vixi annos bis centum, iam tertia v. nullus erat, sed & apud Plutarchum in libro Cur oracula desierint, ostenditur, trigesinta annos de Heracliti sententia ἔτη (etatem) esse viri νομίμης, hoc est, vixit & iam etiam gignitus. & quidem huiusmodi relaxatioνēς ἔτη meminit etiam Diogo-

tus Siculus prope finem lib. ii. Vnde Herodotus non in eleganter centum annos complexam hominis aetatem, τρεῖς ἔτης, tres aetates, appellauit: Βεβεραπαντριῶν τρεῖς relaxatioνēς ἔτης, vixit Eliostathius. Quid autem apud Dionysium ἔτη sit, non est facile affirmare, arbitror tamen annos eum 25. pro eo intelligere. Nam profecto eius quem dixi libri initio, Romanum à Latinis conditam dicens decimasexta post excidium Troiae aetatem, ξεργάθα την ἔτη mox ait, eam anno ab euentu illo quaerid gente primo secundo extructam. Sed hæc satis.

Ib. f. *Comparant inter se centum quinquaginta patres* πεντακοσίαν. Evidenter non video ut hoc verum sit, ut que consentiat cum eo quod in Romulo dictum est, centum patres de Sabinis centum priobus istis adscriptos fuisse: quod idem est apud Dionysium. nam Liuius inter regnum penes C. patres fuisse tradit: ut qui Sabinos istos non agnosceret. Dionysius autem ducentis patribus diserte tribuit: quod & hic malum, non enim c. l. sed c. c. fuerunt etiam ex Plutarchi, ut diximus intentia.

61. a. *Vt loco Quirini* Hic de modo interregni cum aliis non consentit, neque satis credo verba non esse depravata.

Ibid. c. *Filius fuit Pomponius* οὐδὲ δι Πομπονίου. Liuius l. 40. de lapide Numæ atcis reperiens: In altera Numam Pomponium Pöponis F. regem Rom. sepultum esse. Dionysius Halicar. u. Πομπονίου Πομπωνίου, κατ' ὄνομα Νομᾶν vocat: Pomplii Pomponis

F. nomine Numā. Pomponē Numx F. infra refert Plutarch.  
Ibid. d. Undecimo calend. Maias) Sic est & in Romulo. Nec video quid sequutus sit Lapus, xv. cal. scribens. Quod enim hic: *Nra mā* dicitur, ibi planius est scriptum *et iusta*. Est autem non x. vt Amiotus putauit, sed xxi. dies Aprilis. in Romulo xix. extulit idem.

62. a. Phryges de Atte) Atys hic alias, apud Suid. Attis. A. fīs. apud Lucianum de Dea Syria, scribitur A. fīs., unde hīc gignendū casu A. fīs. Ex Ouidio, Catullo, aliis, & hoc Luciam i. bello, fatus de amore eius & Cybeles constat. Notus etiam Endymionis & Lunæ amor est. De Herodoto Bithynorum, nihil succurrat.

Ibid. d. Et defuncto alium deum sepulturam perhibent curas-  
se) Bac. hū nūmūm, qui Lacedæmoniorum ducem Athenas  
obdidentem iussi honorifice funus facere nouæ Sireni, hoc  
est Sophoch. autor in Atticis Paufau. Meminit & Plin. 7. 29.

64. c. Et ministrum in ade lous pubescētē puerum dici  
*Camillūm*) Idem est apud Dionysium lib. 2. & apud Festum in  
voce Cumera, atque lib. 6. in Flaminius Cimilus.

Ibid. d. Qv. in vocat astuantim cīnīatē Plato] φλεγμάνθ-  
ευ, lib. De repub. 2.

65. a. Pythagoram technis captantem] ιψης π' αὐτούς. Lapus  
videtur m̄p̄ legisse: sed lectionem nostram malo.

Ibid. b. Tacitam eam nominauit] Græce hoc Plutarchus ex-  
ponit, οὐ ταῦτα λέγει. Sed hoc posteriorus puto esse mendosum,  
& ētās legendum, hoc est Mutam. Nihil enim huc vīa, id est,  
lūnenis aut Recens.

Ibid. d. Ab illo A Emiliā quoque gentem patriciis insertam  
nomen referunt traxisse in iuritum ut Mamerci Aemiliū dicen-  
tur. Sane apud Liuum lib. 4. mentio fit Mamerci Aemiliū, cu-  
iū tres ibi dictatae referuntur. Et apud Suetonium in Iulio  
Mamercus Aemilius eius propinquus nominatur. Ita i. initio li-  
ibri septimi apud Liuum L. Aemilius consul nominatur, co-  
gnomento Mamercus. Alii Mamercinum (vt & alibi) legunt:  
quod probō. Est & apud Diodorum T. Aemilius Mamercus:  
aut potius Mamercinus.

Ibid. e. Maxima pars nomen omnium absurdissimum ap-  
probant] Etiā Vartouem notat, apud quem hoc est lib. 1. De  
ling. Lat. Lucanus lib. 1. à posse & facere dictos Pontifices,  
innovisse videtur hoc versu, Pontifices, sacri quibus est permis-  
sas potestas.

66. a. Abrege Anco Marcio Numa ex filia nepote] Ancum  
Marcium intelligit, quartum regem Romanorum.

Ibid. b. Aristionis tyrannidem] Fuit hoc bello Mithridatico,  
vt cum al. unde tum ex Sylla Plutarchi intelligitur. quod au-  
tem sequitur mentio eiusdem belli, ea m. hi ad Vestalem i-  
gnem referenda videtur.

Ibid. c. Succendunt eam scaphis cauatis in aqua.] Xyl. vertit,  
Eā ad rem instrumenis venientis quae oīā nominant. sunt au-  
tem excavata in modum turbinis rectanguli. Atq; in hunc locura  
sic annotat. Meminit Vitruvius lib. 9. cap. 9. horologii sca-  
phii, quod est hemi-phærium excavatum: quod genus hodie  
etiam usurpat. Ideam cap. 1. lib. 8. scapha non pro vase aliquo  
rotundo & cauo posuit. Cæterum cui binis siue coni rectan-  
guli quae est apud Euclidem lib. 11. definitio, occasionem mi-  
hi dedit hunc locum ita vertendi. nam Lapus neque perspicue  
neque vere extulerat.

67. e. Usque ad decem] Sic & Lapus legit. nam perspicue fal-  
sum est in Græco ωχπι ή διδύκα, pro σίρα: quod sequentia  
verba ostendunt, vt aliorum scriptorum testimonia omittam.

68. a. Siquidem pacis Fœciales arbitri erant] Velle sane Plu-  
tarachum edidisse nobis rationem huius nominis. patrum enim  
de ea constat, præsertim in tanta scriptio[n]is diuersitate. Hic  
φιλαλιοι vocantur, in Camillo φιλαλιοι in Problematis autem,  
quaest. 62. φιλαλιοi leguntur, haud dubia menda. Apud Dio-  
nysiū φιλαλιοi sunt. Latinī codices fere Fœciales, & diphthō-  
go habent. Varro à fide & faciendo dictos testatur: à feriendo  
Festus, quod pacis faciendæ essent autores. Itaque fœciales si-  
ne diphthongo scribo. Cum Plutarcho facit Dionysius. nam  
Liuius sub Tullo demum Fœcialium ministerium retulit. Ver-  
ba autem quibus usus fuerit Fœcialis in indicendo hosti bello,  
habes apud Gel. li. 16. ca. 4.

Ibid. b. Fama est] Liu. lib. 5. C.c.

69. a. Eas peltas ancilia ex figura vocant] Ouid. Fast. 1. 3. an-  
cile vocat (sciturum quod leui versatum leniter aura decide-  
rat) quod ab omni parte rectissimum est. Quemque notes oculis angu-  
lius omnis abest. Cr.

70. e. Locum vero Eliciū ab illo appellatum quasi iliciū, quod  
in Græce propitium significet] Xyl. vertit. Loco nomen inde Ilī-  
cū fuisse impositum: Annotatq; Nempe ἀλγή ηλίου, quod est

Propitius. Sane Elicium louem multo aliter Liuius exponit.  
Et Ouidius Fast. 3. Eliciunt (inquit) calo te Jupiter. unde minor-  
res Nunc quoque te celebrant Eliciumque vocant.

71. a. S quidem compedes terminos esse. si seruarentur, virium  
&c.] Xyl. vettit. Nam intelligebat si quidem à limitum usq; sibi  
caueret, facturum hoc ad suam potentiam firmandam: & anno-  
tat: Lapus perpetam, si obseruaret, vt & reliqua. Non venit ei in  
mente in quā statu in media voce esse Vitare, Cautere.

Ibid. c. A qua exceptit eos qui in matrimonio essent] in Græco  
sensus perturbat menda, ταξιδεμόνιος, quod ad patres refer-  
ti debet utiq; & Lapus eo deceptus, obscure & nullo sensu  
vertit, Patribus illos intertentibus, &c. & ne indicium qui-  
dem facta à Numā correctionis reliquit. Fuit autem à Plu-  
tarcho scriptum ιωνίον, ilque genitiūs ad Numā re-  
fertur, quidque is correxit indicat. Et vero ιωνίον, Ex-  
ceptio, supra etiam dicebatur de pontificibus: vt ιωνία  
sit Eximium habere, seu Excipere. nihil minus quam Inter-  
uertere: qua de re etiam in Antonino nostro monueram. At-  
que ipse Plut. in Catone philosopho, de tribunatu pl. eius lo-  
quens, perspicue ita usus est ἐν Σιλεσίᾳ ιωνίον δι' οἰνοί-  
μ. & in Attoxerxe de eius cum Parylatide lustone, qua Mesa-  
batam eunuchum illa ad cædem traxit.

72. a. Quem Mercidinum vocant Romani Mercedinos. Lapus  
mercedinos videtur legisse. Infra in Cæsar's vita vocatur Merce-  
donius μερκεδόνιος: quæ lectio videtur verior. Sane Festus quo-  
que annotauit, Mercedonios dici à soluenda mercede.

72. d. Iunium à tempore anni] X. vertit, Iunium à Iunone.  
sicque annotat: οὐδὲν μέρες: Lapus pulchre, ab anni tempore.  
Maium à maioribus dictum, Iunium à iunioribus, veniente re-  
fert Ouid. initio 5. & 6. Fastorum: ne alios adducam.  
Itaque staret lectio οὐδες, quod est Iuuentus aut Iuuenibus:  
nisi lunoni cum Hebe de origine mensis discepranti, videtur  
autor accedere. Itaque recte pro οὐδες, legas Ηερας: præser-  
tim quum Maium à Maia dictum audieris, & etatum nomina  
simil ipse seorsim addueat.

Ibid. e. Plantasque expiant eo tempore] Xyl. vettit, Mor-  
tuus parentant: legendum ducens θυνης, pro φυνης, non enim  
(inquit) aut plantis vtebantur isto quidem in sacrificio, aut in  
honorem plantarum quicquam siebat: quorum alterum La-  
po, alterum Amioto placuisse miror.

73. a. M. Atilio & T. Manlio] Alii C. Atiliū Bulbum vo-  
cant. Fuit hoc anno V. C. dxxiiii. post perfectū primū Punicū  
bellum. Liuius meminit li. 1. Velleius libro 2. Orosius libro 4.  
cap. 12. (qui toto anno clausum Ianum fuisse dicit: Varro l. 4.  
De lingua Lat. eodem anno & clausum & patefactum) Eu-  
trop. initio tertii. Augustum bis clausiss Iaum, nempe anno  
dcccxxv. confecto bello Actiaco. & iterum V. C. anno  
dcccxxix. subactis Hispanicis & Galicis populis, propter  
quos referatus fuerat, Dion. lib. 5. & 13. docet.

Ibid. d. Quam ille non paucis seculis post non dubitanit de rep-  
roferre] Locus Platonis est lib. 6. de Repub. cuius & libro 1.  
Epist. 1. ad Qy. fratrem meminit Cicero.

Ibid. f. Mamerci mamercios] Quod sequitur de regum co-  
gnomento, facit locum suspectum & obscurum. De Mamercis  
Aemiliis supra auditum est. Sed Mamerciam gentem, &  
quidem cognomento regum, nullam etiamnum legi. Marcios  
reges fuisse Romæ nobiles scio: an vero hīc legendū sit Mā-  
pūs pro Māpūi, Marcios, non Mamercios, non satis scio:  
non enim in promptu dicere est cur à Mamercio statim no-  
men in Marcia familia mutatum fuerit, quum alioquin tan-  
diu in Aemiliis durauerit. Sane Suetonius ab Anco Marcio  
genus Marciorum repetit in Cæsare, cap. (vt numerant) 6. Sed  
& huius ipsius Anci genus Plut. hic & initio Cetiolani à Nu-  
ma repetit: ita tamen vt huic loco id parum videatur mederi.  
Hæc ego doctiorib. relinquō. Profecto quod statim de Mar-  
cii cum Pompilia nuptiis sequitur, huic videtur refragari ten-  
tientia quam de Mamerciis in Marcios mutandis protulit:  
quum quidem id in confessio esse dicat Plutarchus.

74. e. Cornelio & M. Bebio] Historia est apud Liuum li. 40.  
copiosius descripta. Incidit in annum V. C. dlxiiii. Numam  
autem anno Romæ octogesimoprimo mortuum constat:  
quibus si addas quadringentos annos, à Valerio Antiate nu-  
meratos, prope centum annis adhuc à summa temporum no-  
stra aberis: vt vel Antiatis calculus (quod vix crediderim) fal-  
lissimus sit, vel hīc pro περιποσίαι, Quadringentis, m̄laxacis,  
Quingentis, legendum videatur: idque vero proprius puto.  
Nam & apud Plin. li. 13 c. 13. scriptum est, libros eos inuentos  
P. Cornelio, L. F. Cetego, M. Bebio Q. F. Tamphilo Coss.  
ad quos à regno Numæ colliguntur anni dxxxv.

75. a. Tullius Hostil. ] Vide Val. Max. lib. 3. cap. 4. & 1. 9. cap.

12. Vide & Virg. & eid. 6. Cr.

Ibid. b. Quo morbo magis ac magis alios inficit, ut fama est, fulminis illius Xyl. vertit, Confirmari que eo magis istam de se opinionem, si quis id in traditur fulmine percussus confusus. Annotatque locura in Græco esse suspectum, & ad diuinandum propositum, ob defectum vocabuli alicuius.

Ibid. c. Ut Saturnalibus una cum dominis) Elegans eius rei metio est apud Horat. u. Satura septima libri secundi, & infra in vita Syllæ. Explicatur autem copiose à Macrobi. l. i. Saturn.

76. d. Quid igitur in erez inter hac instituta? &c.) Locus in

Græco est duriusculus, si modo bene habet: & subobscurus: itaque Lapo imposuit.

Ibid. f. Quæcum choro iusuenum &c.) Versus sunt ex Andromache tragœdia: verba Pelei, in Menelaum & Helenam, vxorem eius, Lacedæmoniam, notæ impudicitia, graniter & stomachose inuehentis. Lapus ζ. πανεύ, Euertere, vertit, quid sit Relinquere: sic & reliqua. Sophoclis versus asterisco notauit: exponam & emendabo vbi inuenero integros. Credo locum totum mutilum esse. Supra vbi est αιανηαπιν ο μας, facile cuius appearat legendum επιμας.

## IN PLVT. SOLONEM ANNOTATIONES

Guil. Xylandri & Herm. Crusieri, interpretum.

**Q**uætate Solon vixerit, non est obscurum: quum enim cum Cræso colloquuntur & noster, & Herodotus lib. i. & aliū ostendant. Cræsam autem à Cyro, qui regnum Persarum constitut, de bellatum, nemo fere nesciat. Id autem olympi de LVIII. euensis, satis ex temporum rationibus constat, & meminit Solinus c. 7. Polyhistoris. Eodem tempore Roma Ser. Tullus regnabat, quod ex Annalibus liquet. Itaq; & Cicero, cui in his rebus plurimum tribui debet, viguisse Solonem Ser. Tullo regnante, in Bruto memoriam prodidit: & post eum Gellius 17. 21. Sane floruisse Solonem olympiade LVII. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromat. demonstrat. Apparet autem iam ætate prouectiorem cum Cræso colloquuntur, vt iuuentus eius à Clemente indicari intelligatur. Itaque quum Suidas vixisse eum LVII, & aliorum sententia LVII. olympiade dicat, utrumque commode acceptum cum veritate consentit.

78. e. Omnes enim uno ore ab Execlide memorant genitum) Εγκέδυσι in Græco est, & apud Suid. Quod moneo propter Lapū, qui (si codex nō fallit) diuise ex Execlide legit. Tota quoq; periodus de amoribus Solonis & Pisistrati, ab eo est omessa.

79. a. Tum ex eo quod scripsit legē &c.) Hæc in oratione Aeschini in Timar. hū, eodem modo & allegatur & explicatur.

Ib. c. Handmagis est diues) Hi versus habent sententiā haud obscuram, quam & Horatius expressit: Si ventri bene, si lateri est, pedibus que tuis, nūl Dīmītia poterunt regales addere manus. Postremum distichon est obscurum, & si rem acu non tetigi, veniam oro. Nam Lapo etiam ignoscendum hīc arbitror. Dictum Hesiodi cuius paulo post meminit, celebratissimum est ex ἀρχῃ. Εργον οὐτιδὲν δοσ, αργίαν δὲν τερεδος: id est, Non est turpe laborare: est ignavia turpis.

Ibid. c. Ut qui Massiliam condidit primus) X. vertit, Ut Massilias Massilia auctor. Sicque in hunc locum annotat: Quod in Græco est αἰανηαπιν, Lapus αἰανηαπιν, legit, & Obseruatus redidit. Idem ego sum sequutus, & Massiliam proprium nomen reliqui. de Massilia autem vrbe eum loqui, ne dubium quidem est. Venuit in Mentein αἰανηαπιν fortassis illud proprium esse non men: sed a. h. i. h. i. beo certi. Massilia: originem copiose Strabo lib. 4. exponit: & à Paocænibus oītam eam vrbe, in Archidamo Ilōctates diserte dicit.

81. e. Nam quum animo quidam insit sint igniculi) Hæc incepte Lapus ad solum Thaletem retulit, quum sint in genere dicta de storgis (vt vocamus) naturalibus.

82. c. Pileatus πιλιον αειγενειον. Lapus Cænofaeditus, vt si non aevleg s̄. Sed nihil est.

Ibid. d. Ad Coliadem) Atticæ promontorium est, viginti à Pitæo stadiis. Paus. initio A. ticoni: & Strabo lib. 9. Idem Paus. de Scirade promontorio ibidem.

83. c. Bu sex adduxit &c.) Versus sunt libro Iliadis secundo, Herodotus in Vita Homeri, in Atheniensium honorē ab Homero gratias eis agente f. Etos dicit. Meminerunt & alii, & Aristot. l. i. Rhetor. c. 15. & Fabius lib. 5. c. De exemplis.

84. a. Neque enim id rator prodidit Aeschines) Locus in oratione in Ctesiphontem extat: vbi quidem consultorem & auctorem huius aduersus Cirrhæos & Acragallidas bellum Solonē, non ramen ducem, refutat: historiā vero satis dilucide ibi expavit. Eadem est in Phocicia Pausanias enarrata (ex quo Suid. in Solone est in indicavit) qui Clitheneum bellum ducem nominat.

Ibid. Cylonium scelus) De hoc Thuc. l. i. & Herod. l. 5. & Cic. De legibus. Cr.

Ibid. Archon) Vide infra in Pericle.

Ibid. Ruptos sua sponte filo) κρικλον Lapus Simulacri vestem: quasi κρικλον hoc significet. De hoc piaculo vide Thuc. l. i. Herodot. l. 5. Meminit & Cicero secundo legum.

Ib. c. Myrone Phryensi) Φρυνεα. Φλυνεα autem curia est Ceropis tribus, apud Athenienses: quod & ex initio P. u. archani Themistoclis, & aliunde patet, & Stephanus admonuit.

Quod annotavi, quia uterque interpretum lapsus hīc est: Lapus Πλιθε F. vertens, Athiotus Πλιθισμ, quum id sit à Philiunte Achaia oppido.

Ibid. d. Nouum Cureta) Curetes louē enutriuisse in Creta, ibiq; humasse mortuū cerebantur: iidemq; sacerdū & rerū diuinarū peritissimi. Quidam eosdem cū Corybantibus faciunt: à quibus Pausanias in Arcadicis dissentire videtur. Sed quid h. s opus? Lege potius Lactant. l. i. c. 21. atq; etiā 11. Erat autē Epimenides Phæsto Cretæ oppido ortus: itaq; ob rerum diuinorum (quam putabant) peritiam, pro nouo Curete habebatur.

85. a. Siquidem Diacriorum &c.) Herodot. κλεον eandē rem narrans, Χαρακός vocat: idemq; Pedias (sic enim infra habetur Πεδιάν, non Πεδιών) τε, οὐ τε Πεδίο, quasi Campestres. Suidas in Πάξι, Πεδιάν nominat: Aristoteles lib. 5. cap. 5. Πολικῶν, Πεδιάνος.

86. a. Quod solum, inquit, natale cōseruauit) Versus sunt trochaici terrametri cataleptici in Græco, idq; genus carminis retinui. Idemque etiam in sequentibus proximis feci in quibus ἔρη, λαος, θεος, ομηρικη, cur in τρι, αιαιων, θεον, & καπιτερεφρα commutarim, ratio metri & sensus docent. Hæc quum iam olim scripsisse, oblata est mihi occasio variarum lectionum M. Antonini Mureti, viri longe doctissimi, insciendarum. Is lib. 1. cap. 13. Petrum Victorium reprehendit, quod idē fere hoc de loco sensisset quod ego mihi video placuisse. Quid de hoc loco alii sentirent, non indagaram, neque opus esse admodum putassem. Sane meum non est vel excusare Victorium, (non enim caret ei ore) vel reprehendere Muretum: cum quibus si cōparer, puer profectus sum. Sed tamen illud mei fuit officii, cur ab huius horū versuum lectione dissentire, indicare: ne quid mihi eius autoritas obesset. Sentio enim illos Solonēs reprehensores non id dixisse, debuisse Solonē vel acceptis quæ hīc proponuntur conditionibus: tyrannidem capessere, (quis enim tam impudens sit, vt hoc alteri consulat, tametsi ipse ita perdite sentiat?) sed à se sente sumpto exemplo, per comparationem innuisse stultitiam Solonis, qui vtero & honeste oblatam tyrannidem respueret: quū non deessent qui certa proposta pernicie eam essent amplexū. Ηδαν enim prima persona legendum est, non tertia. ηδαν: & sunt verba de se, non de Solone loquentis: id quod ratio versus trochaici evidenter demonstrat: nisi fruolum aliquid afferte (qualia sunt alte ubi apud Græcos grammaticas à nobis annotata, suoq; tēpore exigentur) velis, quod & ante dō produci contendas. Quamvis ne cum iis quidem magnopere contendim, qui existimant malorū hominum eam sententiā fasile, debuisse Solonē certo proposito exitio tyrannidē adire: nisi metri ratio nē eam opinionem affereret, alteram cuerteret. Non enim insolentes sunt huiusmodi quasi hyperbolicae loquitiones, vt illa apud Homerum (libet enim obiret, quia ad animum accidit, ruditorum causa monete) Anchise ad Venetē: Βελοπολη νήσην, γυναι ειναι θεον, Σηνι τινης θεος ιεναι δομηδε, εισο. Et quale tandem illud est Theognidis consilium: Χρησιμον φευγον ταχει ει μετανησα πουν βάμεν, και πιπεών Κύρε κατησαν. Nemo enim hoc simpliciter, sed ad exaggerandā temi. flatus dictū ac figurate omnines sentiunt. Quo loco qui βάλλεται pro Seminare exponunt, littus vere arat. Sed hæc haec.

Ibid. c. Et cīniū ob asalēnum in nēvum abductorum) αἴρησιν θεος δηγενειον μεγοντα πολιθ. Etiam absque reliqua fuisse, tamen αἴρησιν infinitis locis, apud Plut. adeo ipsum, ne dicam aliós auctores, eum significat, Iu q. nem ius prehensionis est, & qui in vincula abduci ab aliquo impune potest. Ita in Lylandri vita l. x Spattanorum memoratur, quæ exules Atheniensium αἴρησιν: sic iubaret. Idemque noster auctor in Catone M. note de Marcello quæsturæ collega loquens: Obnoxii ob verecundiam animi, ita vt quibusvis precibus vinceretur, & petitionem recusare vereretur ullam, αἴρησιν τε αἴρησιν πι. δομέτοι, eleganter dixit, Lapus noster.